27

tantes mihi mala.
Fiant tamquam pulvis
ante faciem venti: et an
gelus domini coartans eos.
Fiat via illorum tene
bre et lubricum: et ange
lus domini persequens eos.
Quoniam gratis abscon
derunt mihi interitum
laquei sui: supervacue
exprobraverunt ani
mam meam.
Veniat illi laqueus
quem ignorat et captio
quam abscondit appre
hendat eum: et in laque
um cadat in ipsum.
Anima autem mea ex
ultabit in domino: et delec
tabitur super salutari suo.
Omnia ossa mea di
cent: domine quis similis tibi.
Eripiens inopem de
manu fortiorum eius:
egenum et pauperem a di
ripientibus eum.
Surgentes testes in

qui: que ignorabam
interrogabant me.
Retribuebant mihi
mala pro bonis: ste
rilitatem anime mee.
Ego autem dum mihi
molesti essent: indu
ebar cilicio.
Humiliabam in ieiunio
animam meam: et oratio me
a in sinu meo convertetur.
Quasi proximum et quasi
fratrem nostrum sic com
placebam: quasi lugens
et contristatus sic hu
miliabar.
Et adversum me leta
ti sunt et convenerunt: con
gregata sunt super me
flagella et ignoravi.
Dissipati sunt nec
compuncti temptaverunt
me subsannaverunt
me subsannatione: fren
duerunt super me den
tibus suis.
Domine quando respicies

License: cc-by – Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 139, 1r mit Farbkeil – Psalterium feriatum
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-sbf4/455/6657)